*

Collyrium, formâ Unguenti, ad Trachoma.

℞. *Ung. Rosac.* unc. j.
Tutiae praeparat. drach. ij.
Sacchar. Saturn. scrup. j.
Camphor. gr. vj.
Ol. infus. Rosar. q. s.

Ut F. Unguentum molle.

S. *Hujus tantillum illinat Palpebris omni vesperâ, cubitum iturus.*

De

Nasalibus.

473. NASALIA sunt Medicamenta, quae Naribus admoventur, tum sanitatis, tum voluptatis ergo. Atque alia quidem toto suo corpore, aut vaporibus igne excussis, immittuntur Naribus, alia effluviis sponte exhalantibus Olfactûs modò organum adficiunt. Illa *Errhina*, haec *Odoramenta* vocantur.

De

Errhinis.

474. ERRHINORUM FORMA multiplex in genere est *Liquida*, *Mollis*, vel *Solida*.

α. *Liquida* ſunt Infuſa (211.), Decocta (224.), Succi (235.), Emulſa (246.), Mixturae Mediae (272.), vel Contractae (283.).

β. *Mollia* dant Electuaria (138.), Unguenta (421.), Balſama (432.), Linimenta (443.).

γ. *Solida* conſtant Pulvere (106. 308.), eoque tenuiſſimo vel mediocri (107. α. γ. 309.), Suffitu (393.), Turundis Pyramidalibus, *Naſalibus* propriè dictis, quae ex Pulveribus & Glutinante, Mucilagine v. g. Albumine Ovi, Terebinthinâ, Melle, Ladano, Cera, &c. ad modum Trochiſci (172.), componuntur, aut & ſaepe ſimpliciores ex Rad. Betae, Cyclaminis, Iridis, &c. aptè ſciſſis, vel Foliis Betonicae, Nicotianae, Cortice recenti Auraut. &c. contortis, formantur.

475. MATERIEM, hujus DELECTUM, &, quae huc pertinent, reliqua docet Scopus, & Forma varia (474. & loc. ibid. cit.).

476. ADPLICATIO Liquidorum (474. α.) fit injiciendo (295.), adtrahendo & eluendo (369.), vaporando (383.), aut, inſtar Fotûs Liquidi (320.), cum carptis, turundis, linteis, &c. immittendo. Mollia (474. β.) illinuntur, aut cum vehiculis mox memoratis induntur. Pulveres (474. γ.) inflantur, adtrahuntur; Suffituum (ibid.) accenſorum fumus in Nares dirigitur; Turundae (ibid.) intruduntur.

477.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-147004-p0362-2 DFG

477. Usus variâ se virtute, adstringente, emolliente, demulcente, sopiente, aperiente, stimulante, Ptarmicâ, Mucum eliciente, mundante, detergente, &c. commendat, aequè in morbis Narium propriis, quam aliarum partium, quibus evacuatio per Nares conducit. Sternutationis tamen motus universum corpus violentissimè concutiens, tum evacuationis hujus consuetudo, usu frequentiore inducta, aegrè rursus tollenda, prudentiam heic inculcant.

478. Specimina sunto.

*

Decoctum mundans ad Ozaenam.

℞. *Rad. Aristoloch. rot.* unc. ß.
Herb. Veronic.
Menth. ana m. j.
Cum Aq. pur. q. s. coque vase clauso per ⅛ horae.
Colat. unc. xij. adde
Tinct. Myrrh.
Aloës. ana unc. ß.
Mell. Rosac. unc. iß.
M.

℣. *Injiciatur hujus tepidi q. s. aliquoties de dictum Gossypium aut carpta eo imbuta adplicentur.*

*

Liquor Stipticus ad Narium Haemorrhagiam.

Vid. H. Boerh. Mat. Med. p. 161.

℞. *Alumin. rup.* drach. j.
Aq. ſtillat. Plantag. unc. j.
M. Solve.

S. *Turundis ingeſtis applicetur cavo Narium.*

*

Suffitus Roborans, nimiam per Nares deſtillationem minuens.

℞. *Maſtiches.*
Olibani.
Succin.
Gum. Anim. ana drach. j.
Herb. ſicc. Puleg. drach. ij.
M. F. Pulvis groſſus. D. ad Scatulam.

S. *Pugillus hujus prunis inſpergatur, fumusque tecto capite excipiatur Naribus.*

*

Electuarium Errhinum ad Gravedinem.

℞. *Pulv. rad. Galang.*
Irid. Flor. ana drach. j.
Zingiber. drach. ß.
Piper. alb. ſcrup. j.
Mellis comm. q. ſ.
Ut F. ſ. a. Electuarium. D. ad Fictile.

S. *Ter, quater de die, tantillum Naribus illinatur, aut cum Turundâ indatur.*

Suc-

*

Succus Errhinus, Muci e Naribus excretionem promovens.

℞. *Fol. recent. Brassicae.*
Betonic.
Anagall. purp. ana q. s.
Aq. stillat. Majoran. unc. j.
Contusis simul succum exprime, cujus unc. iv. adde
Spir. Lilior. Convall. unc. ß.
M.

S. *Hujus quantum volâ manus capi potest, manè & vesperi, Naribus adtrahatur.*

*

Nasalia ejusdem virtutis.

℞. *Herb. sicc. Majoran.* drach. iß.
Rad. Ellebor. alb.
Sem. Nigell.
Caryophyll. arom. ana scrup. j.
Mastiches. drach. ß.
Mucilag. Gumm. Tragacanth. in Aq. Ros. fact. q. s.
Ut F. s. a. Turundae Pyramidales pro Nasalibus.

S. *Manè Naribus immittantur.*

Pul-

*

Pulvis Ptarmicus.

℞. *Fol. ſiccat. Nicotian.* unc. ß.
Majoran.
Mari Syriac.
Flor. Lavendul.
Lilior. Convall. ana drach. ij.
Rad. Pyrethri pulver. drach. j.
Ol. ſtillat. Caryophyll. gutt. iv.
M. F. Pulvis ſubtiliſſimus.

S. *Adtrahatur Naribus tantillum, tempore matutino, ut Sternutatio excitetur.*

De

Odoramentis.

479. ODORAMENTIS (473.) MATERIEM praebet, quidquid odorem ſponte exhalat Medicatum, ſuavem, vel injucundum.

480. FORMA, ut Errhinorum (474.), *Liquida* eſt, *Mollis*, vel *Solida*.

α. *Liquidam* conſtituunt Liquores Odorati Officinales ſoli, aut ex his aliiſque paratae Mixturae Mediae (272.), vel Contractae (283.).

β. *Mollem* dant Balſama (432.).

γ. *Soli-*